Vir
Maxime Reverende
atque Amplissime
Fautor observanter colende.

Borussia nihil de Wallenrodio, illustri Concilii Constantiensis membro, ac solertissimo scriptore? Sub finem superioris et in principio hujus anni ad Illustrissimum ac Generosissimum Dominum Johannem Ernestum à Wallenrod literas dare clementissimè jussit Serenissimus Princeps Rudolphus Augustus. Speramus et expectamus responsum quotidie.

1780

Spem nostram publice testari coram orbe literato consultum fuit visum in præfatione Partis primæ Tomi Primi rerum Concilii Constantiensis. Cujus præfatiunculæ lineas videris. Sed nec Decanus Schwabachianus Tibi Tuisq; quid dedit precibus? O utinam alicubi lateret. Viennæ in Cæsarea Bibliotheca non possidet, uti eram auguratus. Animus igitur noster defixus hærebit in Borussiam et Franconiam. Si quid resciveris, Vir Maxime Reverende, de eo fac Serenissimum Principem nostrum certiorem qui Te clementissime salutat. Vale!

Viri Max. Reverendi

Brunsv. A. 1696. d. 3. Febr.

Tui observantissimus
HvdHardt.